BREVE COMPENDIO DELLA VITA DI S. CASIMIRO CONFESSORE,

FIGLIVOLO DEL RE DI POLONIA

Cauata da diuersi Autori.

Dedicato all'Eminentiss. e Reuerendiss. Sig. Card.

GIOVANNI CASIMIRO DENHOFF

Degnissimo Commendatore di S. Spirito.

Ad istanza de' Signori Prouisori di S. Stanislao della Natione Polacca di Roma.

In Roma, Per Domenico Ant. Ercole. 1687.

Superiorum permissu.

SANCTUS CASIMIRUS POLONIARUM PRINCEPS

COMPENDIO
DELLA VITA
DI
S. CASIMIRO
CONFESSORE.

VESTO Santo Prencipe fù figliuolo di CASIMIRO RE' DI POLONIA dell'inclita Stirpe de Regi di Iagellonia. Nacque l'anno 1458. nella Città di Cracouia principal del Regno di Polonia. La Madre fù Elisabetta d'Austria figliuola dell' Imperatore Alberto, e Donna Religiosissima: peruenuto nell' età nella quale si sogliono con più ardore ricercare i diletti, e gusti della carne, fù à se stesso così rigoroso, che non solo quasi di continuo digiunaua, e portaua vn'aspro Cilicio, ma anco dormiua so-

pra la nuda terra, e soleua di notte spesso andare alle porte chiuse delle Chiese, & iui prostrato far oratione. In vna graue infermità non volse mai, benche egli fosse ordinato da i Medici, mangiare latticinij ne altre cose, in tempo, ch'erano prohibite dalla Chiesa; e questa astinenza, & vbbidienza alla Sposa di Christo fù sì grata à Dio, che perciò non s'accrebbe il male. Benche fosse eloquentissimo nel parlare, nondimeno parlaua poco, e con gran modestia, & per l'ordinario i suoi ragionamenti erano dell'eccellenza delle virtù, delle lodi di Dio, e del modo di far ritornare à miglior strada i peccatori. Fù zelosissimo nel promouere, e difender la Religione Cattolica; onde per distruggere affatto il Schisma de i Ruteni, procurò che il Rè suo Padre prohibisse, che questi non edificassero nuoui Tempij, ne manco ristaurassero quelli, che andauano ruuinando. La sua carità verso i prossimi gli acquistò il nome di Padre, e difensore di quelli, che dalla fortuna erano humiliati; & essendo stimato per questo attissimo al Regno, non solo non l'ambiua, mà offertoli dal Padre, e da i Grandi del Regno lo rifiutò, come anco quel d'Ongheria. Si potria questo castissimo Prencipe ragioneuolmente chiamare Martire di Castità, perche ne fù così studioso osseruatore, che elesse più tosto morire, che pigliar moglie, come da i Parenti, & da i Medici n'era instantissimamente pregato, essendo egli in vna infermità per la quale restaua solo, & vnico tal rimedio. In

questa

questa preuidde illuminato da Dio il giorno della sua morte, & aggrauandosi il male s'armò de i Santissimi Sacramenti, e finalmente essendo di età di venticinque anni, dicendo queste parole del Real Profeta; *Nelle tue mani Signore raccommando il mio Spirito*, forni la sua vita mortale nella Rocca di Vilna l'anno 1484. & nell'istessa hora, che spirò fù vista da molti huomini degnissimi di fede, la sua benedetta anima portata da Angeli nel Cielo; fù sepolta nella Cathedrale di Vilna. Seguirono dopò la sua morte molti miracoli operati per sua intercessione, vn molto insigne fù, che essendo offerta al suo sepolcro vna Zitella morta da gli afflittissimi parenti suoi, subito ritornò in vita. Ma segnalatissimo fù quello del soccorso, che diede à i Polacchi l'anno 1518. & il seguente contra i Moscouiti, essendogli apparsso il Santo due volte, la prima in forma d'vn Giouine sopra vn Cauallo bianco mostrando alle lor truppe il guado del fiume Duna, il quale non poteuano trouare, e guidandole per esso, e dandosi poi la battaglia, & inuocando essi prima di nuouo il suo aiuto, riportarono vna segnalata Vittoria, benche fossero gli inimici di forze molto maggiori. Nell' altra, apparue à Cauallo nell'istesta forma, ma nell' aria come per fare vffitio di Capitano, nel punto, che due mila Polacchi haueuano da entrare in battaglia contro sessanta mila Moscouiti, e con l'istesso aiuto restarono vittoriosi i Polacchi con grãdissima stragge del nemico, e senza che ne pure

vn

vn ſolo di loro vi reſtaſſe morto, e con tale occaſione, e dopo vn così felice ſucceſſo adempirono il Voto, che haueuano fatto al Santo, di fare l'inſtanza per la ſua Canonizatione, la quale doppo le ſolite informationi, e Proceſſi in coſa di tal'importanza neceſſarij fù fatta da Leone Decimo l'anno 1521. E giornalmente ſi riceuano infiniti miracoli per le preghiere di queſto Santo, particolarmente in Polonia, e Sicilia.

HINNO DIVOTISSIMO

In lode della Beata Vergine Madre di Dio,

Composto, e recitato giornalmente dal Glorioso S. Casimiro Prencipe di Polonia, e doppo cento quaranta due anni della sua beata morte, ritrouato intiero col sacro Corpo sotto il suo Capo dalla fel. mem. di Sigismondo Terzo Rè di Polonia, e Suetia.

HYMNVS

PRIMA PARS.

OMni die dic Mariæ,
Mea laudes anima.
Eius festa, eius gesta,
Cole deuotissima.
Contemplare, & mirare
Eius celsitudinem
Dic felicem Genitricem,
Dic Beatam Virginem
Ipsam cole, vt de mole
Te criminum liberet.
Hanc appella, ne procella
Vitiorum superet.
Hæc persona nobis dona
Contulit cœlestia.
Hæc Regina nos diuina
Illustrauit gratia.
Lingua mea dic trophæa
Virginis puerperæ.
Quæ inflictum maledictum
Miro transfert germine.
Sine fine dic Reginæ
Mundi, laudum cantica
Eius bona semper sona,
Semper illam prædica.
Omnes mei sensus, ei
Personate gloriam.
Frequentate tam beatæ
Virginis memoriam.
Nullus certè tam disertæ,
Extat eloquentiæ.
Qui cōdignos promat hymnos
Eius excellentiæ.
Omnes laudent, vnde gaudent,
Matrem Dei Virginem.
Nullus fingat, quod attingat
Eius celsitudinem.
Sed necesse, quod prodesse,
Pijs constat mentibus,
Vt intendam, quod impendam
Me ipsius laudibus.
Quamuis sciam, quod Mariam
Nemo dignè prædicet.
Tamen vanus, & insanus
Est, qui illam reticet.
Cuius vita erudita

Di-

Diſciplina coelica.
Argumenta, & figmenta
Deſtruxit hæretica.
Huius mores, tanquam flores,
Exornant Eccleſiam.
Actiones, & ſermones
Miram præſtant gratiam,
Euæ crimen nobis limen
Paradiſi clauſerat.
Hæc dum credit, & obedit
Cœli clauſtra reſerat.
Propter Euam, homo ſæuam
Accepit ſententiam.
Per Mariam habet viam,
quæ ducit ad Patriam.
Hæc amanda, & laudanda
Cunctis ſpecialiter.
Venerari, prædicari
Eam decet iugiter
Ipſa donet, vt quod monet
Natus eius faciam.
Vt finita, carnis vita
Lætus hunc aſpiciam.

SECVNDA PARS.

O Cunctarum fœminarum
Decus, atque gloria.
Quam electam, & euectam,
Scimus ſuper omnia
Clemens audi tuæ laudi,
Quos inſtantes conſpicis.
Munda reos, & fac eos
Donis dignos cœlicis.
Virga Ieſſe, ſpes oppreſſæ
Mentis, & refugium.
Decus mundi, lux profundi
Domini ſacrarium.
Vitæ forma, morum norma,
plenitudo gratiæ.
Dei templum, & exemplum
totius iuſtitiæ
Virgo ſalue, per quam valuæ,
cœli patent miſeris
Quam non flexit, nec allexit
fraus ſerpentis veteris
Generoſa, & formoſa
Dauid Regis filia.
Quam elegit Rex, qui regit,
& creauit omnia
Gemma decens, Roſa recens,
caſtitatis lilium
Caſtum chorum ad Polorum.
quæ perducis gaudium.
Actionis, & ſermonis
facultatem tribue.
Vt tuorum meritorum
laudes promam ſtrenuè,
Opto nimis, vt imprimis
des mihi memoriam.
Vt decenter, & frequenter,
tuam cantem gloriam.
Quamuis muta, & polluta,
mea ſciam labia
Præſumendum, nec ſilendum
eſt de tua gloria.
Virgo gaude, omni laude
digna, & præconio
Quæ damnatis, liberatis,
facta es occaſio.
Semper munda, & fœcunda
Virgo tu puerpera.
Mater alma, velut palma,
florens, & fructifera.
Eius flore, & odore,
Recreari cupimus.

Cu,

Cuius fructu nos à luctu,
liberari credimus.
Pulchra tota, ſine nota
cuiuſcunque maculæ.
Fac nos mundos, & iucundos
te laudare ſedulè
O beata, per quam data,
noua mundo gaudia.
Et aperta fide certa
regna ſunt cœleſtia.
Per te mundus lætebundus,
nouo fulget lumine.
Antiquarum tenebrarum
exutus caligine.
Nunc potentes ſunt egentes
ſicut olim dixeras.
Et egeni fiunt pleni
vt tu prophetaueras.
Per te morum nunc prauorum,
delinquuntur deuia.
Doctrinarum peruerſarum.
pulſa ſunt præſtigia,
Mundi luxus, atque fluxus,
docuiſti ſpernere.
Deum quæri, carnem teri
vitijs reſiſtere
Mentis curſum tendi ſurſum
pietatis ſtudio.
Corpus angi, motus frangi,
pro cœleſti præmio
Tu portaſti inter caſti,
ventris clauſtra Dominum.
Redemptorem ad honorem
Nos reformans priſtinum
Mater facta, ſed intacta
genuiſti Filium.
Regem Regum, atque Regum
Creatorem omnium.
Benedicta, per quam victa
mortis eſt verſutia.
Deſtitutis ſpe ſalutis
datur indulgentia.
Benedictus Rex inuictus,
cuius mater crederis.
Qui creatus ex te natus
noſtri ſalus generis.

TERTIA PARS.

REparatrix, conſolatrix
deſperantis animę.
A preſſura, quæ ventura
malis eſt, nos redime.
Pro me pete, vt quiete
ſempiterna perfruar.
Ne tormentis comburentis.
ſtagni miſer obruar.
Quod requiro, quod ſuſpiro.
mea ſana vulnera.
Et da menti te poſcenti
gratiarum munera.
Vt ſim caſtus, & modeſtus,
dulcis, blandus ſobrius.
Pius, rectus, circumſpectus,
ſimulatis neſcius.
Eruditus, & munitus
diuinis eloquijs.
Timoratus, & ornatus
ſacris exercitijs.
Conſtans, grauis, & ſuauis,
benignus, amabilis.
Simplex, purus, & maturus,
patiens, & humilis.
Corde prudens, ore ſtudens,
veritatem dicere
Malum nolens, Deum colens
pio

pio semper opere.
Esto Tutrix, & Adiutrix
Christiani populi.
Pacem præsta, ne molesta
nos perturbent sæculi.
Salutaris stella maris
summis digna laudibus.
Quæ præcellis cunctis stellis,
atque luminaribus.
Tua dulci prece fulci
supplices, & refoue.
Quicquid grauat, vel deprauat
mentes nostras remoue
Virgo gaude, quod de fraude
dæmonum nos liberas.
Dum in vera, & syncera
*D*eum carne generas.
Illibata, & dotata
cœlesti progenie.
Grauidata, nec priuata
floræ pudicitiæ.
Nam quod eras perseueras,
*D*um intacta generas.
Illum tractans, atque lactans,
per quem facta fueras.

Commendare me dignare
Christo tuo Filio.
Vt non cadam, sed euadam
de mundi naufragio.
Fac me mitem, pelle litem,
compesce lasciuiam.
Contra crimen da munimen,
& mentis constantiam.
Non me liget, nec fatiget
sæculi cupiditas.
Quæ indurat, & obscurat
Mentes sibi subditas.
Nunquam ira, nunquam dira,
me vincat elatio.
Quæ multorum fit malorum
frequenter occasio.
Ora *Deum*, vt cor meum
sua seruet gratia.
Ne antiquus inimicus
seminet zizania,
Da leuamen, & iuuamen
tuum illis iugiter.
Tua festa, siue gesta,
qui colunt alacriter. Amen.

A N T I P H O N A.

O Virgo Sancta, lucis æternæ Mater, Reparatrix debilium, & in te sperantium salus; esto memor nostri hic, & vbique precare pro nobis Iesum Christum Filium tuum ; & nos fac tecum semper congaudere Cœlestibus.

℣. *Ora pro nobis Sancta Virgo Virginum.*

℟. *Vt digni efficiamur promissionibus Christi.*

ORE-

OREMVS.

MAiestatem tuam Omnipotens sempiternæ Deus fusis precibus exoramus; vt sicut gloriosissimæ, ac dulcissimæ Virginis memoriam ore quotidiè pia deuotione recolimus; ita mente, & corde iugiter illam portare valeamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ANTIPHONA.

PRrinceps gloriosissime, Casimire, Virgo candide, noua lux Poloniæ fulgens, Splendor Patriæ, Amator pœnitentiæ: Ora pro nobis Mariæ Filium; vt per te, det nobis continentiam, & castitatem.

℣ *Amauit eum Dominus, & ornauit eum.*

℟. *Stolam gloriæ induit eum.*

OREMVS.

DEus, qui inter regales delicias intactum à mundi illecebris Spiritum sancti Casimiri Confessoris tui conseruasti; fac quæsumus, vt tui fideles, ita in tuo amore firmentur, vt & terrena despiciant, & ad Cœlestia semper aspirent. Per Christum Dominum nostnum. Amen.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſimo Patri Mag. Sacri Palatij Apoſt.

Steph. Ioſeph Menattus Epiſc. Cyrenen. Viceſg.

Imprimatur, Fr. Ioſeph Clarionus Sac. Theologiæ Magiſter, ac Reuerendiſs. P. Fr. Dominici Mariæ Puteobonelli Sac. Palatij Apoſtolici Magiſter Soc. Ord. Prædicatorum.